

in ecclesia non longe a corporibus  
sanctorum eucharistia et aliorum huius  
sive sepulture tradiderunt.

**De sancto Johanne Crisostomo**

**J**ohannes cognomento Crisostomus antiochenus, filius secundi et auctore nobilius fuit cuius vita genus commutata et persecutio in hystoria tripliciter plenius declaratur. Qui cum per hunc studium impendisset tantam hanc deserens divinis locis incedebat. Qui presbiter ordinatus propter castitatis zelum severior habebatur et ferocior magis quam mansuetudini sequebatur propter vitam continentiam incautus ad futuram prospicere nesciebat. In confabulatione arrogans a nescientibus perturbatur. In docendo erat precipuus in exponendo egregius ad mores coercendos optimus. Regnantibus igitur archadio et honorio augustis et damaso in romana sede presidente factus est Constantopolitanus episcopus. Qui dum vitam clericorum repente corrigere voluit a omnes in suum odium excitavit. Cunctique eum velut furiosus declarabant et apud omnes ei detestabantur. Et quod nunquam alique ad prandium invitabat nec ab aliquo invitari volebat dicebant eum ideo hoc facere quia turpis manducaret. Alii propter excellentem et exquisitum usum ciborum hoc eum facere predicabant. Reuera propter abstinentiam et stomachum caput sepe dolebat et ideo prandiorum epulas evitabat. Populus autem propter sermones quos in ecclesia faciebat eum

339  
placitum diligebat pauperibus quid contra eum emuli loquerentur. Apposuit quod Johannes a quosdam procerum obiurgare et ideo contra eum maior invidia est accensa. Aliud quod fecit quod contra eum commovit Eutropius namque prepositus imperatoris et hunc consulis dignitate volens in quibusdam ad ecclesiam fugientibus se videlicet studuit ut lex ab imperatore poneretur ut nullus ad ecclesiam confugeret imo qui dum refugerant modo tractentur. Post paucos autem dies cum Eutropius regem offendisset ad ecclesiam fugit. Episcopus autem hoc audiens ad eum sub altari latitatem accessit et omnia increpationem contra eum faciens ipsius durissime obiurgavit. Ex qua re multos offendit eo quod homini infelicem solum voluit vitam impendere: sed insuper non desistit obiurgare. Imperator autem Eutropium rapiens eius caput abscidit. Pro diversis igitur causis multos homines fidelius obiurgavit et ideo eam plurimis odiosus. Theophilus autem Alexandrinus episcopus Johannem deponere volebat et presbiterum quemdam nomine ysidorum intrudere affectabat et ideo causas depositis omnes diligenter querebat. Populus autem defendebat Johannem et eius doctrinam auiditate mirabili placebatur. Sacerdotes autem secundum ecclesiasticas sententias Johannem vivere cogebat dicens non debere frui honore sacerdotum qui eum vitam contemnerent imitari.